



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.26. Eremitæ S. Augustini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

Sæcul. XIII.  
A.C. 1256.

starent, Episcopum jussit anathema con-  
torquere in omnes illos, qui alias a con-  
fessione facienda his Fratribus, siquidem  
istis Papa, vel Legatus ejus, aut Epi-  
scopus, vel Parochus potestatem fecerit,  
vel ab audiendis eorum concionibus le-  
ctionibusve averterent, aut eis ingre-  
sum in scholas lectionum & disputatio-  
num tempore denegarent. Post mensis  
spatium 4. Aprilis Papa Universitati per  
epistolam exprobravit, quod constitutio-  
nem scholæ suæ conservandæ gratia fa-  
ctam (intelligo diploma: *Quasi lignum*  
*vitæ*) non observaverit. Hoc adscribit  
privatis quibusdam (inter alios Guiliel-  
mo de Sancto Amore) qui reliquos sub-  
ornassent, & Universitati, nisi obedien-  
tiam præstet, poenas minatur. Post dies  
octo Papa Regem S. Ludovicum per lit-  
teras oravit, ut Episcopo validam com-  
modaret manum ad coërcendam Acade-  
micorum contra Dominicanos insolentiam.  
Hæ tres epistolæ videntur esse scriptæ,  
antequam Papa sciret compositionem Pa-  
risis factam.

### §. XXVI.

#### Eremitæ S. Augustini.

Eodem tempore Papa Alexander quin-  
que Eremitarum Congregationes,  
duas S. Guilielmi, tres S. Augustini, u-  
num

num in corpus redegit. Hic S. Guiliel- Sæcul. XIII.  
mus est Malavallenensis ille abhinc centum <sup>A C 1256</sup>  
circiter annos mortuus, cujus imitato-  
res duas Congregationes formarunt: ejus *Boll. 10.*  
nomen servabat altera: altera aliud a *Fehr. to. 4.*  
monte Fabalio sumpfit. Suum quæque *p. 472. Sup. Lib. 70. §. 19.*  
Præpositum Generalem habebat: sed u-  
traque observabat regulam S. Benedicti,  
postquam Papa Gregorius IX. hanc am-  
babus permiserat. Tres reliquæ Con-  
gregationes S. Augustini regulam seque-  
bantur, ab eodem Sancto, a B. Joanne  
Bono, & a Brictina nomen adeptæ.  
Dudum vero multi in Europa Eremitæ  
conspiciebantur, qui se S. Augustini re-  
gulam sequi dicebant. Joannes Bonus *Sup. lib. 81.*  
est Eremita ille Mantuanus, de quo suo *§. 4.*  
loco mentionem feci: obiit 23. Oct. 1249. *Bzov. 1249.*  
& Papa Innocentius IV. urbis ac Episco- *n. 11.*  
pi Mantuani rogatu Albertum Episcopum  
Mutinensem in illius vitam & miracula  
inquirere jussit per litteras 17. Jun. an.  
1251. datas. Congregatio de Brictina  
nomen traxit a solitudine sua in Diœcesi  
Fanensi & in agro Anconitano sita: &  
Papa Gregorius IX. an. 1238. S. Au-  
gustini regulam concessit aliam approba-  
tam non habenti.

Hæ quinque Congregationes erant, *Bullar.*  
quas Papa Alexander conjungendas su- *Alex. IV.*  
scepit. Imperavit igitur, ut duos e quo- *Conjt. 6.*  
vis cœnobio fratres plena potestate mu-  
nitos

**Sæcul. XIII.** nitos Romam mitterent. Tum negotii  
**A.C. 1256.** curatorem illis dedit Richardum Cardi-  
 nalem Diaconum a S. Angelo, qui ad  
 comitia generalia convocatos, ex com-  
 muni consensu ad æqualem unius regu-  
 læ observantiam sub Præpositum quen-  
 dam Generalem redegit, quem eligendum  
 Cardinali tunc quidem relinquebant.

**Sup. Lib. 81.** Abdicata bonorum immobilium possessio-

**§. 4.** de nuncupatum perfectæ paupertatis vo-  
 tum exercere porro, sed ab imposta sibi  
 baculos gestandi necessitate absolvi vo-  
 lebant. Cardinalis in utrumque conser-  
 tiens, unico jam Ordini Eremitarum S.  
 Augustini primum Præpositum Generalem  
 Lanfrancum constituit. Papa 9. Aprilis  
 an. 1256. per diploma suum rem totam  
 ratam habuit. Et hæc fuit origo Reli-  
 giosorum S. Augustini Mendicantium.

**Boll. p. 477.** Ac Guilielmitæ hac in conjunctione  
 haud diu perstitere. Ab instituto S. Gui-  
 lielmi & a S. Benedicti regula, quam  
 Gregorius IX. & Innocentius IV. ipsis  
 permiserant, abstractos se cum dolorent,  
 Alexandrum IV. orando ita flectebant,  
 ut ipsos sicut antea sub peculiari suo Præ-  
 posito Generali vivere pateretur.

§. XXVII.